



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 38. De 2. visione & consolatione quam habuit de sanctissimo
Sacrame[n]to, in festo Angelorum: & de delectatione quam sensit ex
præsentia eoru[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

168 *De ij. visione Sacramenti.*

societas clarissima, & acies tanta multitudinis, quod nisi esset, quod ego intelligo, quod Deus facit omnia cum mensura, ego credidissem quod illa societas esset sine numero & mensura, & esset innumerabilis: non habebat autem aliquam mensuram in latitudine vel longitudine, sed erat ineffabilis.

Trigesimum octauum capitulum. De ij. visione & consolatione quam habuit de sanctissimo Sacramento in festo Angelorum: & de delectatione quam sensit ex presentia eorum.

IN festo Angelorū de septem-
bri, dum eram in Ecclesia de
Fulginio, & volebam communi-
care, rogabam sanctos Angelos,
& præcipuè sanctum Michaëlem
& Angelos Seraphim, dicens.
O Angeli administratores qui
Dei habetis potestatem & offi-
cium, vt ipsum aliis ministretis,
ipsius notitiam & amorem con-
ferendo,

ferendo supplico vt præsentetis
eum mihi talem, qualem pater
misericordiarum dedit eum ho-
minibus, & qualé vult, & voluit
à nobis suscipi, & reuereri sed
vnum pauperem doloratum, des-
pectum, vulneratū, cruentatum,
crucifixum & in cruce mortuum.
Ipsi autem Angeli dixerunt mihi
cum indicibili placimēto, & dul-
cedine. O tu placibilis Deo, ecce
administratus est tibi, & habes
eum præsentē, & insuper datum
est tibi, quod tu possis eum aliis
præsentare, & administrare. Re-
uera autem tunc habui eum præ-
sentem, & videbam eū clarissimè
oculis mentis in illo Sacramen-
to, sicut petiueram scilicet dolo-
rosam, cruentam, crucifixam,
postea in cruce mortuam: & tūc
habebam dolorem acutissimum,
ita quod videbatur mihi, quod
cor meum veller crepare ex præ-
sentia talis visionis dolorosa, &
ex alia parte erat mihi delectatio,
& lætitia ex præsentia Angelo-

H

170 *De iij. consolatione Sacram.*
rum: quod nūquam credidissem,
nisi vidissem, quod Angeli tan-
tum essent placibiles, & possent
dare tantam lætitiā animo.

*Indigni-
tas Sa-
cerdotū
aliquo-
rum.*

Dum autem dicebatur missa
quidam Sacerdos celebrans erat
prope communionem, & dum
sumeret corpus Christi, frangens
hostiam, audiui vocem flebiliter
dicentem: heu multi sunt, qui me
rumpunt, & etiam trahunt mihi
sanguinem de dorso. Tunc ego
cogitavi, quod forsitan Sacerdos
non esset in cōuenienti statu su-
mendi corpus Christi, & oravi
dicens, fac quod non sit talis. Et
statim vox respondit: non erit in
æternum.

*Trigesimum nonum capitulum. De iij.
consolatione & visione sanctissimi
Sacramenti. Et de benedictione
quam ei dedit virgo Maria domina
nostra. Et qualiter sensit Deum in
anima.*

ALIA vice stabam in Eccle-
sia missam audiendo, &